

Universitätsbibliothek Wuppertal

Svidae historica caeteraque omnia, que ulla ex parte ad cognitionem rerum spectant

Suida <Fiktive Gestalt>

Basileae, 1581

H [Eta]

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-313)

ignauiam: sed belli amans & concitator erat, priuati emolumēti gratia: & utebatur crista triplici, & armis insignib. quō fortis uideretur, cum non esset.

Si quis in Aegyptum frumētum uehat, & in Ciliciam crocum, perinde fuerit ac si notuam Athenas. De ijs qui frustra coaceruant ea quæ antè adsunt.

Si mediū possederis Corinthi & Sicyonis. Aesopo scriptori fabularum de diuitijs percontanti, Apollo hoc oraculum reddidit. Fertilis enim est ea regio. Est & Bacidis uatis oraculum: Ast ubi habitarent lupi, canaq; cornices, unà intra Corinthum & Sicyonem. * Obscurè innuit, urbem Nephelococcygiā, id est Nebulocuculiā intra coelū & terrā esse conditā.

Si existimas possessionē quandam esse contumaciā sine prudentia, non rectè sentis. Si putas te homini cognato malè facientem, non daturum esse pœnas, malè sapis.

Si amici requiris operam. De ijs qui generoso sunt animo. Aegrotanti Antistheni Diogenes porrecto cultro sic dixit.

PRINCIPIVM LITERAE H, qua latinè ferè transit in E longum: nonnulli & in a diphthongum mutant, haud scio num auctoritate ueterum, an ex imperitia.

Aristophanes: Age age tace, ne quid stultū dixeris.

Præstat in terra esse pauperem, quā in mari diuitem. Malo guttam fortunæ, quā sapientiæ dolium.

Scytharū dictio. De ijs qui apertè alicui malè precantur. Nā Scythæ Darium postulantem, ut sibi parcerent, plorare iusserunt.

Non boni sunt puberes. Odi pilum illum qui citò crescit.

Nupturæ euellēbāt pilos.

EGELOCHVS, tragicus histrio, quē Plato ridet, ut insuauī præditum uoce.

Euripides in Oreste: E fluctibus, uel, post fluctus, denuò uideo tranquillitatem.

Principatus iudicij. Magistratibus non omnibus licebat quarumuis litium dare actionem. Prætoris, & pupillorum, delicti, & fraudatorum hæreditate discepta-

tiones. Ratio cinatorum, scere rationes gesti magistratus. Regis sacrificuli, capitales causæ, & impietatis, & sacerdotiorum, & sacerdotum de sacrificijs controuersia. Idem * etiam altaribus præconio arcebat, patriæ religioni aduersantes. Polemarchi, id est prætoris peregrini, desertæ clientelæ, desertiq; patrociniij crimina: & quicquid apud ciues Archō, id apud inquilinos Polemarchus administrat. Thesmothetæ, calumniarum, corruptelarum, cōtumeliarum, adulteriorum, insidiarum, peregrinitatis, falsæ inscriptionis in album municipij, aliarumq; rerum iudicia exercebant. Vndecim uiri latronum, furum, plagiariorum iudicia reddebant. Imperator, de Trierarchia, & permutatione facultatum. Hæc igitur qui administrat, principatum habere iudicij dicuntur. Sed & rex sacrificulus, unà cū Curatoribus factorum, qui Cereris præest, ac solus coronam habet.

Princeps seu imperatoria pars animi, in qua uisa & appetitiones existunt, & unde sermo oritur *, quam esse dicunt in corde.

Dux classis urbanæ, ob diuitias in conferendis tributis.

HEGEMON Thasius, cognomento Lens, seu Lentulus.

Hegemō, unus ex ijs fuit Athenis, qui Macedonibus studere, & largitionibus corrupti esse uidebantur. Ex fabulis eius est Philina, Athenæo autore.

HEGESIPPVS, cognomento Crobylus, (ab implexis capillis) cuius esse putatur septima Philippica de Halonesso, Demostheni inscripta. Ex eius fabulis est Philetærus, id est amans sodalium, Athenæo autore.

HEGIAS uirtute patri præstitit, & eloquentia: & adhuc adolescens, eam spem & ipse aluit, & omnibus de se fecit, se magno Plutarcho non multo fore inferiorem. Itaq; Proclus eum, iuuenem etiamnum, ad Chaldaicorum oraculorum ascultationem admisit. Nam discendi studium in eo, & probitas naturalis fuit. Enim uero diuitiarum natura illa, & consuetudo est scilicet, ut magno malo sint ingenijs, & animis hominum, uberem pastum adulatoribus præbentes, nō ari duntaxat (nam id quidem adeò graue non est) sed & iuuenilis animi, teneri adhuc, qui ab huiusmodi beluis planè instar florentis stirpis depascitur. Isti igitur

q 3 Hegiæ

Logistæ.

Rex sacrificulus.

Polemarchus.

Archon. Thesmothetæ.

XI uiri.

Strategus.

Rex sacrificulus.

Proclus.

Diuitiarum corruptela.

Sacrorum
usurpatio.

Hegia corruperunt animum, ne germanè & uerè philosopharetur, quãuis aliàs studiosus enarrationis naturæ. Nã in reliqua uitæ consuetudine alicubi à recta ratione aberrabat: & præ alijs sacer esse uolens, *affinium sacra, illis nõ assensis, peregit in Attica, multaq; alia uetustissima instituta loco mouit, alacritate animi maiore quàm pietate. Vnde in Republica celebris, graues inimicitias suscepit eorum, qui magnam pecuniam, qua ille potiebatur, appetebãt, & insidias illi ex patrijs institutis parabant. *Præditus tamen erat Hegias parte aliqua magnificæ Theogenis naturæ, in benefaciendo: sed eò præstantius, quòd amicis & egentibus largiebatur.

Theogenes.

Lingua
Mercurio.

ἡ γλῶττι τῷ κήρυκι τέτων τέμνεται.) Lingua nuncio horum inciditur: hoc est, lingua uictimarum Mercurio datur, quam Callistratus præconibus dari scribit. ἡ γλῶττι ὁμώμοχ' ἡ δὲ φηλὼ ἀνώμοτος.) Iurauit lingua, mentem iniuratam gero. ἡ γμέν.) Miratus adolefcētem, filiolam ei, quæ & ipsa in philosophia instituta esset, despondit.

Delicata
aures.

ἡ γόμω.) Habebat uir, ciuiũ maximus illic, priusquã me fortuna talis oppressit. ἡ γρίωσαι.) Sophocles: Tu offeratus es, neq; suaforem admittis. Quod si quis ex beneuolentia te monet, Eum odisti, hostem atq; inimicum existimãs. ἡ δὲι χελώνης κρέα φαγεῖν, ἡ μὴ φαγεῖν.) Aut edendæ sunt carnes testudinis, aut nõ edendæ. Pauca testudinis carnes tormina gignunt, multæ purgãt. Vnde pro uerbum tractum Demõ asserit. Alij accommodãt ad eos, qui cum detrectent militiam, tamen militent. Aiunt autem Terpsionis hunc uersum esse.

Animus
Corpus.
Commistio.

ἡ δη.) Iam, pars temporis aut futuri, aut præteriti, uicina præsentis. ἡ δόμενος.) E' Plotino: Voluptates, molestiæ, fiducia, metus, cupiditates, auersationes & dolores, cuius nã sunt? aut animi, aut utentis animi corpore, aut tertij cuiusdam ex utroq; conflati: idq; bifariam. aut enim ipsa mistio est, aut aliud quiddam ex mistione.

Voluptas
definitio
nes.

ἡ δονη.) Voluptas, leuis motio, aut generatio, aut natura sensibilis, aut bruta dissolutio, aut actio habitus secundũ naturam, non impedito eo fine qui extremas actiones sequitur. Ex his definitionibus confirmare & refutare queas, uoluptatem bonum esse, uel non bonum. Voluptas, lauis: labor, πόνος, aspera mo-

Conclusio
nes ex defini
tionibus.

tio est. quarũ illa grata est omnibus animantibus, hæc inuisa. Ac uoluptatē corporis esse perfectam (nõ κατεστηματού, constantē illam, positã in indolētia, seu remotione dolorũ*, & quasi perfectam εὐοχλησίαν, uacuitatē molestiarũ) dicũt, & differre finē & fœlicitatē. Finē enĩ esse, uoluptates singulas: fœlicitatē uerò, cõpagem quandã, & quasi congeriem singularum uoluptatũ, tam præteritis, q̃ futuris eo numero cõprehensis. Ac singulas uoluptates per se expetendas esse fœlicitatē uerò nõ per se expeti, sed ppter singulas uoluptates. Voluptas autē est bruta elatio *ob id quod in alio sitũ esse uideat. cui subijcitur κήλησις, delinitio: Ἰππικαυρεκακία, maleuolentia: τέρψις, delectatio: Δίεχσις, hilaritas. Ac delinitio est uoluptas, quæ aures demulcet. Maleuolentia, uoluptas ex alienis malis. Delectatio, quasi cõuersio & incitatio animi ad relaxationē. Hilaritas, est relaxatio (ἀνάλοσις δρετῆς) uirtutis. Cõfici aut potest ex utraq; cõtradictionis parte ratiocinatio pbabilis. nã bonũ qdē esse uoluptatē, hic syllogism⁹ ostēdit. Id qd' appetitur ab omnib. bonũ est: Voluptas appetitur ab omnib. ergo uoluptas est bonũ. Eandē aut nõ esse bonũ, talis: Bonũ facit bonos: uoluptas bonos non facit: ergo uoluptas nõ est bonũ. Voluptas est motio lauis: Omnis motio est actio imperfecta: nihil aut imperfectũ bonũ est: uoluptas igit nõ est bonũ. *Voluptas alia impura est, alia naturalis stat⁹, quã Epicur⁹ omnis finis actionē esse docuit: hoc est, primũ bonũ, qd' est Deus. Voluptatis fastigiũ, id qd' nulla molestia pmissum est.

HEDONI, gens Thraciæ: & Hedonia, prouincia.

HEDYLEVM, mons est Bœotia. ἡ επώνεια.) Eetionea uocatur alterum Piræei promontorium, ab Eetione terræ illius possessore.

ἡ ἴτε.) Adolescentibus nõ tantus est labor, quantus nobis puellis, tenero animo præditis.

ἡ ἰών.) Eion, urbs Thraciæ, Mendæorum colonia. quam Theopompus narrat, eictris Amphipolitis, ab Atheniensibus euersam esse.

ἡ ἴποπία.) Ethopœia, imitatio morum propositæ personæ.

ἡ κάμηλος ψωρλώσαι πολλῶν ὄνων ἀνατίθηται φορτία.) Camelus scabiosus multorũ aliorũ fert sarcinas (eis ἀγλαίαν) ad splēdore, quas hũi depõit. De Laide meretrice.

373
Ἡρώων.) Heroum uati in Io pueri Homero
Molesti fuerunt, gripho Musico contexto.

374
Ἡρώων.) Negociatio minimè lucrosa il-
li fuit. Minimè uideres illū uel dicto uel
facto à uero recedere. Xenophanes ius-
sit principū uirorum uti consuetudine,
uel rarissimè, uel suauissimè. Ξενοφάνης
ἔφη τοῖς τυράννοις ἐντυγχάνειν ἢ ὡς ἡκίστα ἢ ὡς
ἥδιστα. Minimè illis curæ est ueritas. Iam-
blichus: Vir mentiendi minimè gnarus,
sed cum primis amans ueritatis. Deus
cūcta intuetur, & supplicia minimè uult
atrocia & inclementia esse.

Ἡρωπηρασμύ.) Demosthenes de
Corona: Patrias suas mutilarunt.

Ἡρώων ἐν τῇ Φάτνῃ.) Canis in præsepi. De
iis qui nec ipsi rebus utuntur, nec alios
uti sinunt. Canis enim cum hordeo non
uescatur, equum uesci prohibet.

Ἡλίου.) Heli sacerdos israelis fuit, cuius
filios Ophni & Phinees, ob petulantia,
& confusionem in sacrificiis, diuina uin-
dicta persecuta est, ut in pugna crudeli-
ter perirent. Ille uerò diuinā uocē audi-
uit, quæ diceret: Dixi domū tuā transi-
ram esse coram me perpetuò. Nunc ue-
rò non sic: sed eos qui me glorificant,
glorificabo: & qui me nihili faciunt, ig-
nominia afficiētur, & extirpabo semē
tuum ex altari meo. Et rursus: Ecce ego
uiscor domum Eli usq; in seculum, ob
scelera filiorum eius.

ELI Eli Limas abachthāte. Deus me-
tus, Deus meus.

ELIAS propheta, sub Achabo rege.
Achabi filius. Ochozaias impius maxi-
mè fuit, usus Musca simulacro Accaro-
nio. Quos Elias ob idololatriam obiur-
uit, & centurionem à quo arcessebatur,
cum L uiris eum comitantibus, igni cœ-
lesti extinxit: alterumq; similiter. Iertius
supplex illi factus, mansit incolumis, p-
phetamq; secum abduxit.

HELIAEA, maximum prætorii Athe-
nis, sic appellatū, quod sub dio sit, & so-
lis radijs feriat: in quo qui ius dicebāt,
mille iuri, aut mille quingenti, publica
negocia disceptantes, è binis aut ternis
coacti prætorijs, Heliastæ, triobolum ac-
cipiebant, post iurisdictionem. Vnde ab
Aristophane Trioboli cognati dicuntur.
Omnes Athenienses olim dabant iusur-
randum Heliasticum.

Ἡλιθάπρ. Ξεραξίλης ἀδωνίδ.) Stu-
pidior (Praxitelis) Praxiles Adonide. De
hominibus stupidis.

Ἡλιθάω.) Mens non inest uestris co-

mis, qui me despere putetis: cū ego de
industria stultè faciā. Supra modum stu-
pidus, & tardus, asino simillimus, & qui
frenum trahenti parēret, auriculis cre-
brò agitatis. Simpliciter & ueritatē,
stulticiam existimabat.

Stulticiam sto-
mulare loco,
sapientia sum-
ma est.

Ἡλικες.) Aequales: sic dicebantur à pa-
ri ætate Antiochi Epiphanis cohors, o-
mnes proceri adolescentes, Macedoni-
co more armati & instituti.

Epiphanis
cohors.

Ἡλικον.) Fabius iubebat, ne tam darent
operam hostibus ut nocerent, quàm ne
quo ipsi afficerentur incommodo.

Cauere.
Nocere.

Ἡλοξ Ἡλικα τέρπη.) Aequalis æqualē de-
lectat. Non adolescentem adolescentes
delectabant, sed pares, nō ætate, sed mō-
rum similitudine.

Ἡλιον κρύπτειν, ἀστρα δείκνυδαι.) Solem
occultari, astra demonstrari. Hæc rheto-
res uocant γοργὰ incitata: grāmatici ὁμοιο-
κατέληκτα, similiter desinentia: philoso-
phi περίου, comparia.

Ἡλι.) Φωστῆρας ἰδῆν, πραγμάτων δηλοῖ
Φά.) Lumina, id est solē & lunā cerne-
re, actionū significat lucē. ὄνειρον Ἡλικόν.

Explicatio
somnia.

Ἡλι.) Post obitū Vulcani, regis Ae-
gypti, Sol filius eius regnum suscepit, cū
uixisset dies 4477. qui conficiunt annos
VII, mensis III, dies V. Nam alij dies p-
annis numerabant, alij lunæ circuitus, a-
lij quatuor anni tempora. Sed qui post
terum potiti sunt, & prouincias tributa-
rias effecerunt, prouentu stugum tēpo-
ra discreuerunt, ac propriè uocarunt an-
nos. Sol igitur patris leges conseruans,
mulierem in adulterio deprehensam pu-
blice traduxit. Vnde Homerus commen-
tus est, solem ostēdisse Marrem cum Ve-
nere concubentem. Ac Venus illi qui-
dem est adulterā cupiditas: Mars uerò,
deprehensus cum ea miles.

Vulcanus
Sol.

Annorum nu-
meratio.

Ἡλως κρατῶν, τὰ κείτρα τῶν ἐχθρῶν βλέπει.)
Clauos tenens, stimulos inimicorum ca-
ue. ὄνειρον Ἡλικόν.

Homerium
Martis adu-
terium.

Ἡλὼ τὸν Ἡλον ἐκκρέει.) Clauū clauo pel-
lis. Prouerbiū, in eos qui peccatū pecca-
to corrigere student: id qd fieri nequit.

Explicatio
somnia.

Ἡλύκx δεκάρ.) Lupi decima, uel decu-
ria. Prouerbiū, Lycus Athenis iuxta
prætorium heros, lupi imagine: ac pri-
mūm (δεκασαί, largitionum captatores)
δικασαί iudices, apud Lupiformem he-
roem sunt appellati.

Ἡλύσιον.) Elysium, templum apud infē-
ros, alij in Aegypto, alij circa * Lesoum
esse tradunt. Elysus campus, in quo ho-
mines iusti apud Gentiles post obitum

Elysium

Cocytus. Phlegethon.

degunt: supplicio uerò digni, in Cocytū frigidissimum, & Phlegethontem ardentissimum fluuium peruenient.

ἡμαρ.) Sophocles: Nam quid dies dici adiectus uitā progās delectare potest?

ἡμεδαπός.) Aristophanes: Figura uerborum nostras est.

Non immittit praesentia famam.

ἢ μὲν κλέει, ἢ δὲ καὶ ἡσθα.) Qualis de rumor, talis ipse eras. De ijs qui famę suę respondent.

ἡμέρα δὴ μάμωος καὶ ἐπιγωγῆς.) Dies potentia & representationis. Alter Christi aduentus, qui cuique affert & praemia uita acta digna.

ἡμέρα πονηρά.) Dies mala, id est iudicij, & aeternum supplicium. Qui paruam castigacionem in hac uita subierit: clementius illic iudicium experietur.

ἡμερὶνὰ ζῶα.) Diurna animalia, quę ab omnibus interdiu cernuntur: nocturna uerò, noctua, eleos, bubo, nycticorax, epolius, scops: marina, halcyon, aedon, ceycles, fulicę, larius, charadrius, catarractes, canclus.

Vitis.

ἡμερὶς.) Vitis omnia demulcens, ebrietatis nutricula, mater pomi crispī, quę curuas plicas produces corymbi.

ἡμερὸδρομοί.) Cursores, regij adulescentes, ephēbis paulo maiores, quib. prima lanugo ferè prouenit, qui nihil secū ferunt praeter arcus, sagittas, iacula, & lapides ignem eiaculantes. Hęc enim eis ad iter sunt utilia.

ἡμιμόχθηροι.) Semimprobi, ex semisse mali, qui peccata uituperant, & tamen peccant.

Magicus & fugitiuus nūmus. Pases ipse tuus uescere delictis.

ἡμιωκόλιον πάσι.) Pasetis semiobolus. Pases hic mollis quidem natura fuit, sed magia superauit omnes: qui subinde reciperet eum nummum, quem uenditori dedisset: & suis carminib. & cœnas sumptuosas, & ministros mensę exhiberet conspicendos, quę rursus omnia euanescebant.

Pauca bene parta iniustis lucris potiora.

ἡμισυ.) Hesiodus: Amentes, neq; sciūt quanto plus sit dimidium toto. Historia sic habet. Duo fratres fuerunt, quorū alter moriens, alterum & filij tutorem & curatorem bonorum instituit. Qui cum uir esset improbus, dum pupilli bona studeat interuertere, sua etiā perdidit. Huic opem imploranti, & res meliores quaerenti, * responsum est: Amens, non intellexit quanto plus sit dimidium toto. Hęc doctrinam continent, animum purgant, uitam ornant, temperantiam inserunt, iusticiam sanciunt.

ἡ μορσίμυς πὶς ῥήσιν ἐξεγράψατο.) Nū Mor simi quis dicta excerptit? De abiectis & infamibus. Mor simus enim tragædus fuit, poeta frigidior, * Philiclis F. oculo- rū medicus pusillus, filium habuit Astydamātem. Pisides: καὶ γὰρ ὁ εἰς τῶν βέλων ἡπὸ γμῆνων. Et ego unus eorum fui qui ad clamandum incitati erant.

ῶ.) Aristophanes in Pluto: Ego fui uir pius & iustus, infelix tamen & pauper.

ῶ ἄρα.) Fuit igni calidior, & impudentibus urbanorum sermonibus impudentior. De ijs qui modum excedunt.

ῶ ἄρσεν.) Nullū talē inuenē cruentus Mars Peremit odiosa in turbine pugna.

ἡ νέσα μὲν.) Ab ineunte aetate uitam hęc laudauimus.

ἡ νιγμὶ.) Oracula perspicua non erant, sed obliqua, & uariē inuoluta, ut quę aliud sentirent, aliud dicerent.

ῶνία.) Vter uestrum plurib. me beneficijs affecerit, ei cōcionis habenas tradā.

HE N I O C H V S, medię comœdię poeta, cuius fabulę sunt: Trochilus, Epicle rus, Gorgones, Polypragmon, Thorricium, Polyuctus, Philetærus, Bis deceptus, contra Polyuctū. Fuit & nostra aetate Polyuctus, homo nefastus, semiuir, inuisus Deo, iracūndus, Cocyti & Stygis, uitę grauis & perniciosus partus.

ἡ ξίς.) Procopius: Nolebat actiones accommodare temporibus, sed quouis tēpore quiduis agebat.

ἡ πύροσκοπία.) Haruspicina, uiscerum inspectio, ē quorū sectione futura praedicebantur.

ἡ περ.) Rex ijs quę aderant cōtentus, nolēbat (id quod optimū est) bello elatus, bellicis euentibus fidere: ut qui nihil omnino firmi & fidi haberent.

ἡ περγαδία ἀρπημῆς.) Pergæa Diana. De circulatorib. & tironib. dicitur, quòd hęc dea semper uagari & errare creditur.

ἡ πύρον.) Vfitatū est Ilocrati, terrā quę regi Persarum paret, Epirum dicere.

EPIONE, uxor Aesculapij, & filia cū Hygiea, Aegle, Iaso, Aceso, Panacea, nomina facta à lenitate, ualetudine, splendore, sanitate, remedijs morborū omniū.

ἡ ἑξ.) Iuno, aer: qui quia purgat, simulacrū eius gestat forpicē aeneū, quo pili resecari, & corpora glabra fieri solebant.

ἡραϊσκ.) Heraiscus, diuiniore fuit ingenio. Asclepiades uerò in Aegyptiorū sapientia minus eruditus: quippe cū ille tandiu domi, hic tandiu peregrē uersatus esset. * Alter uerò par, tamē altero lōgē

μισοπειρησία.

*Erythrius.
Ammonius.*

Veritatis amator potius quam defensor.

Herculis allegorica philosophia.

Heraclides draco.

377
 ge inferior erat ingenio & sciētia. Nam Heraiscus, ipsius naturæ impulsu uiuentia & nō uiuētia simulacrā discernebat. Primo enim aspectu cor eius uulnerabatur prae admiratione, ut exultaret tā corpore quā animo, quasi numine afflatus. Ac si quod eum simulacrum nō cōmoueret: id uerò inanime erat, & diuine inspirationis expers. Sic diiudicauit ineffabile simulacrum Aeternitatis, quod ab eo Deo tenetur, quē Alexadrini Osiridis simul & Adonidis nomine, arcana quadā dei cōmitione colebāt. Idē Heraiscus ea natura fuit, quæ naturæ pollutiones auersaretur. Nam si mulierem impuram utcunq; & undecunq; loquentē audisset, statim ei caput dolebat: idq; illi argumentum erat secessus, id est, ut opinor, menstruorum. Ac ita uiuenti semper aderat aliquid diuini. Mortuo uerò illo, cum usitata illa sacerdotibus Asclepiades tradere pararet, cum cætera, tum Osiridis uestes, quibus tegetetur corpus: statim cū lumine elucebāt undiq; è sindonibus arcana (Διγχαμματα) descriptiones, & circum ipsum conspiciebantur formæ spectrorū diuinæ, euidenter ostendentium, quibus dijs eius animus cōtubernalis esset factus. Fuit & primus eius ortus uerè mysticus. Fertur enim ex utero matris prodiisse, indice silentij digito labiis admoto: quo modo Aegyptij fabulantur natum esse Orum: & ante Orum, Solem. Itaq; cum is digitus labiis adhæreret: sectione illi fuit opus, & labrum semper incisum permansit, conspicuum omnibus signum arcanae illius natiuitatis. Itaq; & uita eius talis fuit, ut eius animus in adytis & initiis perpetuò uersaretur: utq; non in Aegypto tantum patria sacra * moueret: sed peregrè etiā, sicubi quid huiusmodi rerum relictum esset. Ac fuit Heraiscus Bacchus, ut somnium demonstrauit. Asclepiades uerò diutius in Aegyptiorum libris uersatus, peritior erat theologiae patrie, cum principia eius & media meditatus, tum infinitate prorsus extremorū finium indagata: ut scire licet ex hymnis, quos scripsit in Aegyptiorum deos, & ex eo Opere quod scribere instituit, omnium Theologiarum siue religionum cōsensum cōtinente. Scripsit etiam historiam Aegyptiorū, Ogygiorū res gestas cōtinentē, non minus annorum 30000, sed paulo amplius. At Heraiscus nō modò bonus erat & lenis: sed & iræ aliquid aduersus

improbritatem, & fortitudinis cōtra insidias hominū habebat: sic tamē, ne uspiā iusticiæ limites egrederetur. Nam Erythrius quidem Aegyptius, & Ammonius, inter sese Byzantij decertabant, nec alter alterum in extremum adducere discrimen desistebat. Heraiscus uir Aegyptius, acutissimè quidem res intelligebat: sed refutare mendacia, & uias à ueritate abducentes inuestigare, nō æquè poterat: ingenio feliciorē præditus, ad ueritatem explicandam.

Ἡρακλῆος ἀρχαλμὰ.) Hercules Pici, qui & Iupiter, F. philosophus optimus, pingitur leonina pelle indutus, & clauā gestans: tria quæ mala tenens sinistra, quæ dracone, philosophiæ claua occiso, eum abstulisse fabulantur: hoc est, cupiditatis impetus uicisse, quod tres animi partes exornatas habuerit. Tria enim mala, sunt tres uirtutes: nō irasci, non esse auarum, non appetere uoluptates (*μη ὀργίζεσθαι, φιλαργυρεῖν, φιληθόνειν.*) Leonis exuuię generosum animum declarant.

HERACLEON Aegyptius, è pago Tiole, subiecto Heracleę urbi, grāmaticus, Romæ docuit. Scripsit cōmentarios in Homeri rhapsodias, & in Lyricos, & de Imperatiuis uerbis apud Homerum.

HERACLEA urbs Siciliae, quæ Minoa dicitur.

Ἡρακλεια.) Herculis fana in Attica multa fuerunt. quorū Marathoniū & Cynofsargeum Athenienses maximi fecerūt.

Ἡρακλεια λίθος.) Herculanus lapis, magnes, ferrum attrahens. Pisides: *Omnes attrahens ut Herculanus lapis, Aut rectius ut dicā, ipsum Herculanū lapidē. Naturam enim ipse habet magis attrahentē.* Euripides in Oeneo: Mortalium animos explorans, quemadmodum Magnesius lapis, Gloriam attrahit, uicissimque remouet.

Ἡρακλεια λουτρα.) Herculana balnea: id est, calidæ aquæ, quas Vulcanus Herculi donauit.

HERACLIDES Euphronis filius, philosophus.

HERACLIDES Ponticus, oriundus à Damide, uno ex ijs qui Thebis coloniam Heracleam duxerunt, Platonis discipulus. quō in Siciliam profecto, relictus fuit ut scholæ præficeret. Hic draconem aluit, & mansuefecit, & contubernalem ac concubinam habuit: qui solus in lecto inuentus est, cum quidem Heraclides sanus cubitum iuisset, non autem inuen-

376
 Nū Mor
 iectis &
 agæodus
 oculo.
 nit Asty.
 τῶν βοῶν
 ai qui ad
 o fui uir
 auper.
 mpuden
 mpuden
 nt.
 tus Mars
 tam hęc
 a non e-
 luta, ut
 nt.
 e benefi-
 as tradā.
 edia po
 , Epicle
 Thorri-
 is dece-
 oftra æ-
 s, semi-
 ri & Sty-
 rtus.
 ones ac
 ouis tē
 iscerum
 ara præ-
 stentus,
 llo ela-
 qui nihil
 a. De cir-
 od hac
 tur.
 a que re
 .
 filia ei?
 cea, no-
 splēdo
 mniū.
 simula
 pili re-
 bant.
 fuit in-
 ptiorū
 cū ille
 uersa-
 tero lō
 gē

inuentus esset. Ac alij quidem eum immortalē esse factum, alij se ob immortalitatis opinionē in puteū præcipitasse putarunt. Scripsit multa.

Heraclides Oxyrynchites, philosophus, Serapionis F. cognomento (Lēbi) Lembus. Fuit sub Ptolomæo VI, & fœdus cū Antiocho factū scripsit. Scripsit & philosophica, & alia.

Heraclides Lycius sophista dixit: Nicetes (ὁ κενὰ θαρμύσι) purgat⁹ ignorauit spolia Pygmæorum se aptare colosso.

Heraclides Pōticus, Heracleotes grāmaticus, Didymi clarissimi doctoris Alexandrini auditor. Hic cum aprū Aristarchi discipulū Romæ celebrem, & Didymū frequenter perstringentem audiuisset: Sapphico siue Phalæcio uersu tres libros scripsit explicatu difficiles, multāq; dubitationē propositarū quæstionū cōtinentes, quos Leschas seu Nugas appellauit. His Romam allatis, & * Apro propositis, ibi mansit: ac Scholas habuit sub Claudio & Nerone. Scripsit & uersū heroico multa.

HERACLIVS Romanorum imperator, ab Athanasio Iacobitarum patriarcha, & Sergio Syro Constantinopolitano, in sectā Monothelitarum est deuolutus. Heraclio imperatori, in Perside agēti, filij duo & filia duæ obierunt. Ipse uerò acceptis uiuificis lignis obsignatis, quemadmodum accepta fuerant, atque permanferant, Hierosolyma profectus, Modesto pontifici & eius clero mōstrauit. Hi & sigillū incolume atq; intactum agnouerūt, & clauē ab eo sumpserunt, & adorarunt, & in altum sustulerūt. Imperator igitur ea Byzantium misit, quæ Sergius in Blachernis reposuit. nec multo post Heraclius Byzantium è Perside iter habens, multis cū laudibus susceptus, in urbem duxit IIII elephantes, quos inquestrib. certaminib. in triumpho duxit, omni genere magnificentiaē usus. Et quæ de opibus magnæ Ecclesie pecuniam sumpserat: constituit ut è fisco, & ipsi ecclesie & clero annua pecunia penderetur. Filium suū Constantinū Cos. fecit: & Heracliū Martinæ F. Cæsare designauit. Cuius morte audita, in palatiis (ἐν τοῖς εἰς τὰ ἡγεῖα παλατίοις.) Erianis uersabatur. * Ac præfectus conductis & coniuētis nauigijs in freto, quod Angustum dicitur, transit iuxta littora sinus Phidalia, & per pontem Barybyssi fluminis in urbem introiit. Decessit ex aqua inter-

*Monothe-
lita.
Ligna S. †*

*Heraclij redi-
tus in urbem.*

cute. Sub hoc imperatore Heraclio, 200000 uirorum bello Isaurico perierunt. Hic cum Sergio patriarchæ maximam pecuniam, & aurum & argentum & gemmas preciosas mitteret, illa omnia submersa sunt.

Heraclius dux exercitus sub Zenone, homo audax, & ad manu decertandum paratus, sed prudētia in periculis carē, & inconsultē res aggrediens, celeritatem furore percitam uiri fortis esse iudicabat: quæ res tandem grauisimorum illi casuum causa fuit.

Ἡράκλειος (Ψάρα.) Herculana scabies: id est, curatu difficilis, cuius sanatio balnea Herculana desiderat. Minerua enim Herculi multa lauacra aperuit, ad refocillationem laborum & dolorum.

Ἡράκλειος. Hercules, ut depulsor malorum à calamitosis inuocabatur: itemq; Heraclidæ.

HERACLITVS Blosonis, seu Bleutonis, aut Horacini F. Ephesus, philosophus physicus, cognomento Obscurus: nullius philosophi discipulus, ingenio & diligentia magistris usus. Quidam tamē autores sunt, eū Xenophanis & Hippasii Pythagorei assiduū fuisse auditorē. Prorsus negligi corp⁹ iussit, idq; sterquilinio fœdus esse iudicandum: adhibita curatione expeditissima, quoad eo Deus instrumento iusserit uti. Itaq; aqua intercute laborans, medicorum curationem aspernatus, se totum fimo bubulo perunxit, quē ad solem sicari siuit. Sic ergo iacentem canes lacerarūt. Alij arena obrutum perisse dicunt. Vixit Olympiade LXIX, sub Dario Hystaspis filio. Scripsit multa * poeticē.

HERCVLES Tyrius, sub Minoe, purpuræ tincturam, quæ conchylum dicitur, iuuenit, canis sui maxillis cruētatis obtulitq; Phœnici regi, qui primus purpuram gestauit.

Ἡράκλῆς ζώνιζετα. Hercules hospitio sciipitur. Prouerbiū, in cessatores. Nam quia uorax heros ille fuit, hospites eius tardiores erāt. Nomē Ἡράκλῆς factum est ex oraculo, ab Ἡρα grata, & κλέος gloria.

Ἡράκλειος. Hercules te Phœbus cognomento uocat. Grata enim ferens hominibus, immortalē gloriā cōsequeris. Ἡρα. Iuno sella quadā insidiosa à Vulcano filio capta est, cū insidiaretur Herculi: autore Pindaro, Clemēte, Epicharmo in Comestatoribus siue Vulcano. Ἡραῖον τῆχ. Iunonium castellū, nomen

men urbis aut castelli in Thracia, condi-
ti à Samiis.

ERINNA, Teia, seu Lesbia, seu Telia
(est aut Telus parua insula iuxta Gnidū)
quidam etiā Rhodiam putauerunt, uer-
sificatrix, scripsit uersu heroico ἡλικάρτιω
Colum, uersibus c c c, Aeolica & Dori-
ca lingua. Fecit & Epigrammata. Obijt
uirgo xix annos nata. Versus eius pa-
res iudicati sunt Homericis. Fuit amica
& æqualis Sapphus.

HERODOTVS, Lyxi & Dryonis F.
Halicarnassus, illustri genere natus. Fra-
trem habuit Theodorum. Samum se cō-
tulit, propter Lygdamidem, tertium ab
Artemisia tyrannum Halicarnassi. Pisin-
delis enim Artemisia, Pisindelidis filius
Lygdamis fuit. Sami aut Ionicā dialectū
excoluit: & historiam libris i x scripsit,
auspicatus à Cyro Perfa, & Cādaule Ly-
dorum rege. Sed Halicarnassum reuer-
sus, cū, tyranno expulso, tandē inuisum
ciuibus se esse cerneret: Thurium, quo-
rum Athenienses coloniam deducebāt,
ultrō abiit: ibiq; defunctus, & in foro se-
pultus est. Alij Pellæ mortuū tradūt. Li-
bri eius Musæ inscribuntur. De Herodo-
to, in epistola scribit Iulianus apostata:

Quis ignorat Aethiopum sermonē de
cibo apud nos optimi alimenti? Nam cū
placentam attigissent, se mirari dixerūt,
quomodo stercorebus uescentes uiue-
remus? si quis fidem Thurio scriptori ha-
bet. Gentes autem ichthyophagas & sar-
cophagas ne per somnium quidem no-
stram uictus rationem uidisse, tradunt ij
qui orbem terrarum descripserūt. Quo-
rum uictū si quis apud nos æmulari uel-
let, nihilo cum eo melius, quàm cum iis
qui cicutam aut aconitum aut hellebo-
rum bibunt, ageretur.

HEROPHILA, quæ & Sibylla Ery-
thraea, Theodori F. scripsit heroico uer-
su lib. diuinationum i i i. & uel Consulū
uel Tarquinij temporibus Romam ue-
nit, pecuniæ parandæ sp̄e. Sed cōtempta
ab illis, duos libros cremauit, quos secū
attulerat: unus tertius remansit, magna
pecunia emptus à Romanis.

HEROAS dicūt, superstites præ-
stantium uirorum animas.

HERODES primus rex Iudæorum,
tres habuit filios sibi cognomines, atq;
binomines: Herodem Antipā, qui præ-
cursorum decollauit, sub quo & Chri-
stus crucifixus est: & Herodem Philip-
pum, cui primū nupta Herodias, Salo-

men filiā habuit, saltatriculam illam: &
Herodem Agrippam, qui Iacobum Ze-
bedæi F. sustulit. Hic, cum ei populis
tum acclamasset, vox Dei, & non ho-
minis: statim pœnas dedit. Argentea e-
nim stola indutus, & in theatro in subli-
mi solio confidens, cōcionem habebat.
Solaribus autem radiis in uestē eam in-
cidentibus, fulgor cum splendore uestis
permixtus, circumstantium oculos ful-
guris instar perstrinxit. Qui hac re com-
moti, ut deum illum cū celebrarent, mā-
gis etiā insolescit miser: quem subito
angelus Domini percussit, ut è solio exi-
liret, quod uenter eius uehementer tor-
queretur. Iacobum autem accusator du-
ci ad mortem cum uideret, pœnitentia
ductus, ad pedes Apostoli prostratus: I-
gnosce mihi (inquit) uir Dei: pœnitet
enim eorum quæ contra te dixi. At bea-
tus ille statim eum deosculatus: Pax tibi
(inquit) fili, & uenia peccati. Tum is sta-
tim se palam omnibus Christianum pro-
fessus, martyrij præmium tulit. Alter ue-
rò Herodes in dies periens, & uermibus
scatens, miserabiliter uitam finiit, ut &
impius eius pater. Nam is quoq; uiuus
etiā nū, præmia facinoris contra Chri-
stum & æquales eius commissi ferēs tur-
pissimo genere mortis interiit.

Herodes cognomento Iulius, Filius
Attici, F. Plutarchi, genere Aeacides, A-
theniensis, è Marathonio municipio, so-
phistes, thesauro reperto tantas opes cō-
secutus, ut & stadium conderet Atheni-
ensibus, & theatrum tecto munitum. Pa-
ter eius Asiæ præfuit. Consulatum bis
gessit. Fuit autem sub Adriano & M. An-
tonino Imp. eruditus à Fauorino & Pō-
lemone. Scripsit Ephemeridas, id est a-
cta diurna, siue quotidiana, scriptū eru-
ditum, & epistolas & orationes ex tēpo-
re, quarū meminit Philostratus in uitis
Sophistarū. Ei in schola successit Adria-
nus sophista. Herodes eodem tempore
fuit, quo Aristides sophista. Extant & a-
lia plurimā, è quib. magnitudo ingenij
& summum acumen huius uiri perspici-
tur atq; elucet. Obiit anno ætatis circiter
LXXVI, tabe confectus.

HERODIANVS, Alexandrinus grā-
maticus, Apollonij grammatici, cogno-
mēto Dyscoli, id est Difficilis, F. Fuit sub
M. Antonino Cæsare. Itaq; iunior est Di-
onysio Musicæ historiæ scriptore, & He-
bræo Philone. Scripsit multa.

HERON Cotyis F. Atheniensis ora-
tor,

Agrippa.

Accusator D:
Iacobi fit
martyr.

Interitus
Herodis.

Theauri
inuentio.

Adrianus
Aristides.

tor, causas Athenis actas scripsit. Deinde enarrationem Dinarchi: Commentarios in Herodotum, Xenophontem, Thucydidem. Selectorum uerborum lib. 3. Epitomen Heraclidis historiarum *. De antiquis oratoribus, eorumque orationibus, quibus alios uicerint. Hiero: Comisit se Proclus uiro pio, & perfecta instructo eruditione secundum rationem Alexandri.

ἥρωος.) Heros semideus, potens, generosus.

ἥσεν.) *πάλαι ποτ' ἥσαν ἄλκιμοι μιλῆσιοι.* Olim, quondam strenui fuerunt Milesij. Prouerbum ex oraculo, in eos qui a uetere praestantia degenerarunt.

ἥσιος.) Hesiodus Cumanus, adolescens a patre Dio & matre Pycimede translatus est Ascrum Bœotiae. Genus eius deducitur è Dio Ampelidae F.F. Melanopi, quæ quidam aiunt (*τῶ ὀμήρου πατρὶς* *ἔστιν εἶναι πᾶσι πον, ὡς ἀνεψιάδων*) aui Homeri fuisse aui: ut sobrinus Hesiodi sit Homerus, ab Atlante uterque oriundus. Eius poemata sunt hæc: Theogonia, Opera & dies, Clypeus, Heroinarum enumeratio lib. 5. Epicedium in Batrachum amasium suum: De Idæis Dactylis, & alia multa. Interfectus est, cum hospes esset Antiphi & Etimeni, qui noctu cum putaret se stupratorem sororis suæ interficere, inuiti sustulerunt Hesiodum. Fuit Homero, quibusdam autoribus, maior natus: aliis, æqualis. Sed Porphyrius, & plerique natus minore Homero c. annis statuunt, ut 32. tantum annis primam Olympiadem antecesserit.

Hesiodi poemata.

Interitus.

Actas.

Poculum.

ἡδέει.) Hoc accepto calice statim quispiam gaudebit: est enim & magnus, & plenus.

ἡσ.) Sic hasta extensa in longa columna, Sede Panomphæo Ioui manens sacra: & Sede in hoc diuino fano clypee splendide.

Seditiosus.

ἡσάμεν.) Herodotus: Corinthius dux solus è cæteris obstrepebat, se cum nauibus Artemisio recessurum iactans.

ἡσῶν.) Nihil aliud norant nisi mordere. *ἡσκάμιν.*) *συκάμινω ὀύπτεται.*) Morus moro purgatur. De ijs qui ea que in sese habent utilia, a semetipsis petunt.

ἡσρακισσῶν δεκάτη.) Syracusanæ decimæ. De ualde locupletibus.

Nomenclatura doctorum.

HESYCHIVS Milesius, F. Hesychij (*ἡσυχίου*) caufidici & Sophiæ, sub Anastasio imperatore. Scripsit nomen enarrationem, siue tabulam eorum qui eruditionis ergo nominati fuerunt: cuius compendium est hic liber. & annalium instar confecta historiam, sex interuallis (sic enim libros

singulos appellat) distinctam, quibus res Romanorum imperatorum quolibet tempore gestæ continentur, & principatus eorum, qui in puincijs rerum sunt potiti: & Byzantina acta usque ad Anastasium, cognomento Dicorum. Cæterum in ea tabula illustri Ecclesiæ doctorum nullius meminit: ut inde suspicio sit, non fuisse Christianum, sed Græca uanitate refertum.

ἡ τὰν, ἡ δὲ τὰν.) Aut huc, aut in hoc Sic Lacæna filio dixit, cum ei clypeum daret.

ἡ τὴν θῆραν τὴν ἀληθείας.) Victus es ueris. Galli gallinacii uicti, natura duce, sequuntur uictores. Theocritus:

Cristatarum auium sunt ista simillima pugna. *ἡ τος.*) Homerus:

Animam teneram rapit illi.

Hoc dictum Stoicos mouit, ut opinarentur animam unam cum corpore & cre-scere, & minui.

ἡ τω.) Esto gloria Domini in æternum.

ἡ τρεῖς ἐξ, ἡ τρεῖς κύβοι.) Tesserae aut tres sex, aut tres. Nam xviii uictoriam certissimam, tres cladem significant.

ἡ φωνὴ θύρα.) Phani ianua: Phanum, ait Demon, cæcum fuisse sceneratorem: cui cum clauis ianua aperiretur, talis ab eo facta, ut sine strepitu aperiri non posset.

Quosdam uero tradere, id ab eo factum ob adulteram uxorem, quæ cum moechos perterritum admitteret, è derisu uicinarum in prouerbum Phani ianuam abijisse: de ijs qui custodiendo nihil proficiant.

ἡ φασε πέμολ' ὠδε.) Vulcanæ sic, id est actutum prodi.

ἡ φάσει.) *ἡ φάσει.*) Vulcanum uinculum: De rebus quæ effugi nequeunt.

ἡ φαισία.) Lemni duæ fuerunt urbes, Myrrhina, & Hephæstia: id est Vulcania.

HEPHAESTION, Alexandrinus grammaticus, scripsit enchiridia uersibus, & carmina uaria. De poematum perturbationibus, comicarum dubitationum solutiones, & Tragicarum, aliaque plurima, & uersuum dimensiones.

Hephæstion Macedo, sodalis Alexandri Macedonis. Ferunt Alexandrum uenisse ad tabernaculum mulierum Darij Persæ, atque cum uno Hephæstione ingressum. Matrem autem Darij, ignaram uter eorum esset Rex (cum uterque eodem esset ornatu) accessisse ad Hephæstionem, eumque adorasse, quod maior illi uisus esset. Qui cum retrorsum cessisset, & quidam è regina ministris Alexandrum illi demonstrasset: eam pudore errati retrocessisse. Cui dixerit Alexander: Eam non errasse. nam & illum esse

esse Alexandrum. Quæ ego neque ut ue-
ra, neque ut prorsus incredibilia descri-
psi. Nam siue res ita gesta est, Alexandrū
cū ob clementiā erga mulieres, tū ob
fiduciā & honorē amici laudo: siue pro-
babile uisum est scriptorib. rerū eius, eū
talia quoq; facturū fuisse, ac dicturū, etiā
hoc nomine Alexandrum laudo.

Ἡ Φαις (Φ.) Vulcanus, deus & ignis sic
dicitur. Mercurio Aegypti rege defun-
cto, Vulcanus successor regnavit dies
1680, id est annos 4, menses 7. dies 8. Ne-
que enim tū annos Aegyptij metiri no-
rāt, sed diei circuitū dicebant annū. Sed
quia & arcanorum religionis peritus, &
bellicosus fuit: deus est dictus: atq; ictus
in prelio, claudus factus. Idē & legē mo-
destiæ tulit Aegyptiis, quorū uxores a-
pud maritos perseverare ignorabāt. ar-
canoque uoto (πὺ δὲ οὐλάβω, ὀξυβάφω) 16
ferri tincturam (ab aere, pro ἀέρι Φ. lego
ἀέρι Φ.) à Marte accepit, arma ferrea fabri-
catus tū bellica tum rustica. Nam ante
eum res & fustibus & saxis gerebatur.

Ἡ χάραξ τῶν ἀμπελων.) Vallus uitē. (ὁπτι
τῶν ἀπὸ χάραξ.) De iis qui alicui parent,
uel præstō sunt.

Ἡχώ.) Echo, fit per refractionem à soli-
dis & læuibus corporibus, maximè ca-
uis, aere uoce icto. Nam is qui loquitur,
ferè totum circumcirca aerem impellit,
præsertim anteriorem. Vnde fit, ut ma-
gis exaudiamus aduersum nobis loquē-
tem, quàm auersum. Is igitur anterior
aer impulsus, cum ad aliquid solidū, ca-
uitate præditum, fertur, cuiusmodi sunt
antra, quia continuus est, nec dissipatur,
eò quòd à cavitatē continetur, in solidū
corpus delatus, retorquetur instar pilæ
in parietem coniectæ: itaq; redit ad eum 46
à quo est impulsus, agente nimirū aere,
propter utraq; pro sua ui (διεχῆ) dissiūcta.
Nec enim eò solū, quia cauus locus
eum dissipari non sinit, qualis illatus est;
ob duri corporis soliditatem in contra-
rium pellitur: sed eò etiam, quòd in ca-
uum locum incidit, non uacuum, sed ae-
re plenum: ut est aer cōtinuus, & unitus
ob coeli ambitū. * Itaque ab aliquo per-
cussus aer clamante, diuiso strepitu pro-
pter impetū, ab eo strepitu qui est conti-
nuus & unitus, quia dissipari nō sinitur,
in solidū corpus impingit: & quia ulte-
rius pergere nō potest, cum actione sua,
hoc est strepitu refringitur, retroq; agi-
tur: itaq; fit, ut reciproceatur strepitus. A-
lexāder autem aliter hac de re disputat.

Ἡ ψελλὴ ἔπιτεύει.) Balba non chedit:
(pro, credit.) De iis qui sua incommoda
dissimulare student.

PRINCIPIVM LITERAE I.

IADMONIS Samij Rhodopis ancilla
fuit: quā genere Thraciā, & meretricē
factā, Charaxus Sapphonis frater uxore
duxit, ex eaq; liberos procreauit.

IAZARTES, Tanais fluuius.

IACOBVS, Hesyhij medici F. cogno-
mento Psychochristus, * ex Damascena
prouincia. Pater eius Rhodū uenit, atq;
Drepanum Argiuū, ubi uxore duxit Ia-
cobi matrē. Qua unā cum puero relicta,
cū annos xix Alexādrīæ & in Italia pe-
regrinatus decessisse crederetur: Iacobi
mater alteri nubit, qui filiis & filiabus ex
ea susceptis moritur. Iacobus autē cū pa-
trē Cōstantinopolim redisse cognouis-
set, ad eū se cōtulit, disciplinā auspicat⁹:
& medicinā fecit sub Leone Imperato-
re, summā eius artis scientiam & perfe-
ctionem consecutus: ut qui morbos nō
solūm dignosceret, sed etiā sanaret, tam
ratione quàm experiētia: idq; diligenter
& accuratē. Itaq; omnib. ætatis suæ me-
dicis gloria præstitit, ut iam uel antiquis
cōpararetur: eorumq; plerosq; supera-
ret, & quasi diuina facultate præditus a-
maretur & adoraretur ab indigentibus:
itaq; sibi & artis suæ rationib. cōfideret,
ut cū ad ægotū uenisset, è signisq; mor-
bū perspexisset, si uitalem esse morbū di-
xisset, omnes bonā de sanitate spem con-
ciperent: sin minus mortē instare crede-
rēt: neq; ullum expectatio sua fefellerit.
Solebat & ipse dicere, Medici optimi es-
se, aut statim desperare de morbo: aut, si
eum attigisset, mox non nihil leuare æ-
gotantem, & meliusculè habentem re-
linquere, nec prius ab eo discedere. Ac
omnes ferè urgentib. malis, aut statim,
aut paulo post liberabat. Quapropter a-
lij quidem seruatorem Iacobum appel-
labant, ueluti Aesculapiū: medici uerò
criminabantur & insectabantur, quasi
non medicum, sed Deo charum quendā
& sacrū. Neq; uerò fallebātur, erat enim
Deo charus ille uir, & bonus, Deoq; ue-
rè gratus. Quod si illud philosophi dice-
re licet, Asclepiadeam opinabantur esse
Iacobi animam, & natura Pœoniam: ac-
cessisse etiā amatoriā artis diligentiam,
que maximè soleat artifices singulos cō-
ciliare, & cōmendare artis præsidib⁹. Sic
& Phidiā numine afflatū fecisse statuas:
sic & Zeuxidem pinxisse imagines.

Rhodopis.

Charaxus.

Parentes
Iacobi.

Præfagiā
uitæ &
mortis.

Medici mi-
nus.

Deocharus.

Artis amor.